Die Digitalisierung wurde durch die Deutsche Digitale Bibliothek (DDB) im Rahmen des von der Beauftragten der Bundesregierung für Kultur und Medien (BKM) geförderten Programms NEUSTART KULTUR im Jahr 2021 ermöglicht.

Catalogus librorum raritate ac praestantia insignium.



Catalogus librorum raritate ac praestantia insignium.

Praefatio ad Bibliophilum Lectorem.

Prodit hic in conspectum tuum, intelligens
librorum aestimator, ordine alphabetico, hoc est
naturae convenienti omniumque aptissimo di-
gesta, exquisitissima rarissimaque Libraria
Supellex, cum potissimum scriptis excellens
ac praestans, quae ad classem philologico-cri-
ticam, et humaniora, ut vocant, studia per-
tinent, suaque et utilitate et amoenitate
in primis se commendant, qui cum ab omni-
bus eruditis legi possint et intelligi, ab omni-
bus in primis expetuntur. Non omnes enim [illegible], Eruditi sunt aut Theologi, aut Juris-
periti, aut Medici, perpauci Mathematici, pau-
ciores adhuc Mystici, Astrologi, Chymici aut
Alchymistae, paucissimi artis magicae, chiroman-
ticae, physiognomicae, combinatoriae, mne-
monicae, cabbalisticae, aliarumque eiusmo-
di inanissimarum artium vel studiosi, vel
periti, ad quam obscuram classem tamen
maxima pars librorum rariorum, cuiusmodi
sunt, praeter Claviculam Salomonis, Jorda-
ni Bruni, Theophrasti Paracelsi, Guilielmi Po-
stelli, Roberti Fluddii, Michael: Maieri, mul-
tique alii similis furfuris libri referuntur, vix
communi sensu praediti, omnemque lectoris
captum ut plurimum superantes. Plerisque
etiam viris doctis, libri, inficetis Scholasti-
corum tricis, et spinosis quaestionibus, tan-
quam nube obducti, qualia sunt plera-
que Caesaris Cremonini, Hieron: Cardani,
Fortunii Liceti, Petri de Abano, aliaque
inter rariores tamen libros relata scripta, minus placent.
Contra ea omnes Eruditi vel ipsi sunt
Critici, Poetae, Oratores et periti linguarum,
vel his saltim, aliisque ad humanitatem
spectantibus disciplinis apprime delec-
tantur. Quodsi igitur verum est, quod
nemo dubitat, non ex sola raritate, utili-

te plane omni destituta, sed ex coniuncto potius cum raritate fructu, librorum rarorum praestantiam aestimandam esse: nullum profecto dubium est, quin illi demum rari, praestantes, ac pretiosi appellandi sint, in quibus et cum raritate fructus, et cum fructu raritas egregie conspirant. Reliqui fere omnes, praeter raritatem vix laudabile quidquam habentes, quales potissimum sunt sic dicti sotadici, meris libidinosis, spurcitiaeque plenis, et ad omnem nequitiam compositis ineptiis, et obscoenitatibus contaminati libri, indigni plane sunt, librorum rariorum in censum ut referantur.

De praestabili autem praesentium librorum utilitate, et dignitate, vel hoc abunde testatur, quod possessor ipse, tum in aliis, cum orbe erudito hactenus a se communicatis scriptis, qualia sunt Bibliotheca mixta Hamburgensis (i.e. die hamburgische vermischte Bibliothek); itemque Commercium epistolicum eruditum (Der Briefwechsel der Gelehrten) quorum illud tribus hoc duobus Tomis, octava forma, ante aliquot annos Hamburgi prodiit, tum in Diario erudito hamburgensi, (Hamburgische Berichte von gelehrten Sachen) per viginti iam et quatuor annos singulis hebdomadibus publicato, edendis ac concinnandis, non sine insigni fructu iis usus est. Quam selecta haec eadem sit Collectio, facillime vel inde intelligitur, quod non temere ea ac subito, sed multorum annorum studio ac labore, summaque industria, multis denique sumtibus ac impensis est conquisita, ac coemta.

Nec illam Possessor, pro eximio suo, quo in libros rariores fertur, amore, in alienas unquam manus transire pateretur,

II

ni secum animo constituisset, totam hanc
librorum rariorum Collectionem, Emtori cui-
dam permittere, qui, si non maiori cum fructu
imposterum illa uti, ~~cum minori tamen rei~~ commode tamen magis
~~domesticae incommodo ac detrimento, pro~~
~~[illegible]~~ eam augere et amplificare possit.
Ac quisquis ille demum ~~fuerit~~ sit, ad quem ea
emtionis titulo perveniet: habebit is certe
bibliothecam quandam, quae etsi selectu ma-
gis ac raritate, quam numero ac multitudi-
ne, addo etiam sumtuositate et magnifi-
centia prae caeteris sit spectabilis, eiusmodi
tamen est, tamque ample ornata et instru-
cta, ut multis similibus nostri temporis Col-
lectionibus, cuiusmodi est <u>Samuelis Engelii</u>,
Bibliothecarii Bernensis, quodammodo
aequiparari, futuroque sumtibus non par-
centi Possessori, pro Basi ac Fundamento
instructissimae praestantissimaeque, libris
rarioribus constantis Bibliothecae, commo-
de inservire possit. Quo praestantior au-
tem hic Apparatus merito dicendus est, quo-
que maioribus eam in deliciis adhuc habu-
it Possessor, eo maiori sibi cura ac sollicitu-
dine providendum esse arbitratur, ne de-
teriora ~~quoque~~ minusque prospera et hic ex-
periatur fata, ut vel in imperitorum ma-
nus incidat, vel alio quocunque modo male
habeatur. Atque haec praecipua causa est
quae eum adduxit, de digno quodam, libros
et perite cognoscente et scienter aestiman-
te Possessore quantocyus circumspicere.
Accedit illud, quod qui eum hactenus pos-
sedit, magis magisque in dies experitur,
adeo infinitam et inexhaustam esse li-
brorum rariorum multitudinem, quibus
colligendis, ne multorum quidem, nedum
unius hominis vita, industria ac labor sup-
petat, tantasque ad hanc pretiosissima
auroque contra caram mercem im-
pensas requiri, ut non privati homi-

nis parumque pecuniosi esse appareat, bibliothecam eiusmodi condere, verum hoc iis negotium relinquendum esse, qui ad sumtus faciendos abunde sunt instructi. Ad has causas duae aliae accedunt: quod et boni cuiusque civis est, publicum commodum privato anteponere, et (quod caput est) innumerae iis molestiae devorandae sint, qui hisce maleficiis perfidiaeque plenis temporibus in libris rarioribus coemendis operam studiumque suum ponunt. Huc pertinent imprimis gravia illa damna, furta ac latrocinia, ab iis saepenumero, quibus rariores libros emendi cura traditur, ipsis etiam interdum sic dictis amicis, iisque qui viri docti et ingenui censeri volunt illata ac commissa, queis Bibliophili cum summo saepe animi sui dolore carissimis omniumque pretiosissimis libris, cumque libris pecunia defraudantur: quae quidem aliaque infinita incommoda hoc amoenissimum alias librorum comparandorum studium maxime impeditum reddunt, efficiuntque ut vel maximi librorum helluones, taedio tandem capiantur. Idem quum et nobis, eximiis alioquin librorum rariorum amatoribus, acciderit, aegre licet, non plane tamen inviti, hos dulces amores nostros, iucundissimumque hoc musarum sodalitium a latere nostro, nostrisque amplexibus divelli patimur, digno cuidam Emtori Bibliothecam hanc nostram tradituri, qui, quo nobis constat, pretium, sine foenore rependat. Haec paucula Bibliophile praefati, in bibliothecculam te nostram libentes intromittimus, utque qualecunque hoc nostrum tibi ac publico inserviendi studium ac voluntatem ut aequi bonique consulas, rogamus. Vale.

CATALOGUS LIBRORUM RARITATE AC PRAESTANTIA INSIGNIUM

Gabriel Ackeleye, in Tacitum, videatur Petr. Cunaeus.

Angelus Abbatius de admirabili viperae natura. Hagae ap. S. Bruun 1660 in 12. cum fig. aen:

David: Abercrombii Fur academicus Amstelod: 1701. 12.

Paul Erdmann von Abschatz teutsche Übersetzungen und Gedichte. Leipz: und Breslau 1704. 8.

Les Abus du Mariage s. Misbruyk des Houlyk gallice et hollandice: in quo repraesentantur imagines meretricum eius temporis celebriorum, adjunctis versibus gallicis et hollandicis, in eas compositis. Sine loco impress: 1641. forma quarta oblonga.

Acta et Scripta Theologorum wirtenbergensium et Patriarchae constantinopolitani, D. Hieremiae. Wittebergae 1584. in fol: Fuit exemplar I. Raupachii, qui nonnulla adscripsit.

*. Valentini Acidalii Epistolarum Centuria I. Hanoviae typ. Wechel. 1606 it. Eiusdem in Q. Curtium Animadversiones Francof. 1594. Fuit J. B. Carpzovii, qui in fronte nonnulla adnotavit.

De Waare Oorspronck Vort= en Ondergank des Satans door Joan Adolphszon. Te Amsterdam 1716. 8.

Historie van Brod: Cornelis Adriaenz van Dordrecht. t'Amsterdam, erste Deel: sin. anno. it. Het twede Boek ibid. 1608. 8.

Henrici Cornel: Agrippae ab Nettesheym Opera. Lugd: per Beringos fratres. Duo Tomi in 8.

Theophili Alethaei Polygamia triumphatrix. Londini Scanor: 1682. 4.

Alexandri ab Alexandro genialium dierum Libri sex Paris: 1570. elegantiss: editio, cuius singulae paginae rubri coloris lineis sunt circumdatae. 8.

Fabio Albergati del modo di ridurre a pace l'inimicitie private. in Roma 1583. fol.

Frat. Joann: Alberghini, regni Siciliae Qualificatoris, Manuale Qualificatorum sanctae inquisitionis Caesaraugustae 1671. 4.

Varias Antiguedades de España, Africa y otras provincias por Bern: Aldrete en Ambe-

veres. 1614. 4.
Romanae aedificationes, curatae a Laelio Biscia a Leone Allatio conscriptae Patavii 1644. 8.
deest. Aloysia Sigaea. Fescennini. 1678. 12.
Petri Alphunsi, ex Judaeo Christiani, dialogi, in quibus impiae Judaeorum opiniones confutantur. Coloniae. 1536. 8.
Jac: Altingii Schilo Lib. V. Franek: 1662. it. Eusebii Polychronii Pselli in Cantic. Cantic: exposition: Graece: ~~[illegible]~~, Auctore Joann: Meursio, Lugduni Bat. ap. Elzevir: 1617. it. Octavii Scarlatini Saeculum Momi, h. e. in corruptos seculi mores et animi passiones exsecrationes eclogiacae. Bononiae 1669. it. Thom: Aulesbury Diatribae de aeterno divini beneplaciti, circa creaturas intellectuales decreto. Cantabrig: 1659. it. Optati Averiani Fabula pharisaica, sive exercitat. epist. de pharisaeis hodiernis in ecclesia reformata, adversus Abrah. Heidanum Amst. 1669. 4.
Dell' amicitia mostruosa nella perfettione, trà Nicolò Barbarigo, et Marco Trivisano. in Venetia. 1627. 4.
Commentarios do grande Capitam, Ruy Freire de Andrada .... por Paulo Craesbeeck. Em Lisboa, per Paulo Craesbeek 1647. 4.
Caroli a S. Antonio Antiquorum Scriptorum Latinitas selecta. Romae 1678. 8.
Les Amours de Catulle, par le Sr. D. L. C. à Paris 1680. it. Almanach perpetuel d'amour. a l'Isle d'Adonis 1681. it. 't Amsterdamsch Hoerdom: t'Amsterd. sine anno. 12.
Anticampanella in Compendio: vid: Athanasius.
Variorum Apostatarum a lutheran: ad pontificiam ecclesiam Collectio, et Adumbratio, nimirum: Conversionis ad fidem cathol: Motiva Principis Ernesti Hassiae Landgr. Colon: 1652. it. Tres positiones theol: ab illustr. Princ. Ernesto etc. Colon: Agripp. 1652. it. Abdruck eines abermal. Schreibens von Fr. Landgr. de 1651. Coln. 1652. it. Refutatio Respons: Joa. Crocii ad iteratas literas Ernesti .... ibid. it. Epistolae Calixti et Christophori Ranzovii, qui ad pontificiam ecclesiam abiit, mutuae: Colon: 1651. it. Hieron: Müllers Wiederlegung des von J. G. Dorsche, herausgegebenen Schreibens, wegen des Übergangs Fürsten Ernsts, zur cathol. Religion. Coln 1652. it.

2

Hermanni [illegible] Schreiben an den durchl. [illegible], den Fürst Ernst Landgrafen zu Hessen widerlegt durch Georg Julianus ibid. it. Patr. Antonii Reschott(?) Gründliche Anzeigung der wahren Kirche Christi in eben dieser Sache. ibid. it. Johan [illegible] Schrift von der christl. Einfalt ib. 1653. it. Des Glaubens Bekenntnis des Grafen Eberhard Truchsess zu Wetzhausen, so er zu Wien 1652 öffentlich abgelegt, [illegible] Eiusd: Veritas ecclesiae universalis antiquae Colon: 1652. it. Eiusd. Schreiben auf die Diatrib Johann Micrae[lii], bei Professorn zu Stettin. Ingolst. 1653. it. Johan Scheffler von Breslau Phil: et Medic. Doct: Ursachen seines Abtritts vom Lutherthum zur cat. Kirch. ibid. 1653. it. J. Schefflerii et Jod: Keddii Idea causarum fundati cur eiurato sectariorum consortio in ecclesi: catholi: gremium se coniecerint Joh. Schefflerus aliaeque magnae animae ibid. it. [illegible] Schrift Jod. Kedd wider des Luther. Minister zu [illegible] ib. it. Eiusd. examen reformation: Lutheri etc. Prag. 1652. it. Gloria verae ecclesi: welche durch die Bekehrung der Heidenschaft durch die ganze Welt glänzet, sonderlich nach Aufgang der Sonnen, durch Franc. Xaverium. Aug. 1653. it. Jod. Keddii Nihil ad rem Ingolst. 1653 it. Eiusd. [illegible] Melancht: Straubing 1654. it. eiusd. Vale ib. 4.

Hieron: Arconati Poematum recentiorum Volumen Viennae 1591. it. (quae praemittitur) Jac. Typotii Relatio de regno Sueciae Francof. 1605. it. (quae annexa sunt) Matth. Zuberi Epigramm: Pragae 1600. 12. — dest.

Daphnaei Arcuarii Entrüstung des heil. Ehestandes 1679. 4. — dest.

Petri Arcudii Libri VII. de Concordia ecclesiae occidentalis et orientalis Paris: 1672. 4. — dest.

Lettere di Pietro Aretino. Sex Voluminibus Paris: 1609. 8. — [illegible] 18-30 fr., 18 fl.

Eiusd. Aretini Quatro comedie 1588. 8. — 16 h 4 f. u. 30 fr.

Eiusd: gallice translata l'Academie des Dames a Cologne 1700.

Eiusd: Raggionamenti: vid. Wilh. Temple.

Arnobii Disputation: adversus gentes Libri VII Hamburgi 1607 cum innumeris a b. Editore Gebhardo Elmenhorstio in margine adscriptis. Fol: — dest.

Tullia d'Arragona della infinità del amore vid. Sp. Speroni.

Conradi Aslaci Oratio de religionis per D. Martinum Lutherum reformatae, origine et progressu in Germania et in regnis Daniae. 1621. 4 — dest.

Eiusd. Orationes etc. vid: Tych. Brahe.

Athanasii, Rhetoris, Presbyt. Byzant. Antipatellarus. it. epistola de unione ecclesiarum ad Alexandrinum et Hierosolymor. Patriarcham. it: Anticampanella — [illegible]

3

in Compendium redactus. Paris: 1655.
dest Optat: Avenari Fabula pharisaica. vid P. Alschung
25/12 b. Cornel: Aurelii Batavia Bonav. Vulcanii opera ed. Lugd. B. 1586. it. Henr: Stephani Pseudo Cicero Dialogus Paris: ap. H. Steph: 1577. it. Tiboriani Cassii, a Seeservert D. Pseudoiubilaeus wittenberg: Mogunt: 1603. it. Theodorus Beza redivivus, s. epistola Bezae ad Joa. Guil. Stuckium Hanoviae 1697. it. Playdoyé de Mons. Ant. Arnauld .... pour l'université de Paris 1598. 8.
Azzioni memorabili del famoso cane chiamato Tacone celebrate in verso in Venez. 1721. 8
dest

B

dest Camilli Baldi Tractatus tres: de humanarum propensionum ex temperamento praenotionibus; de naturalibus, ex unguium inspectione praesagiis; et de ratione cognoscendi mores et qualitates scribentis ex ipsius epistola. Bononiae 1664. 4.
dest Francisc. Balduinus de institutione historiae parisina editio: vid. P. Costus.
desunt Steph. Baluzii Vita Petri de Marca Archiepisc. parisiensis: epistola, Paris: 1663. Eiusd. Vita P. Castellani a Petro Gallando conscripta ibid. 1674. 8.
30154 Thom: Bangii Coelum orientis. Hafn: 1657. 4.
dest Julii Barbarani Officinae Libri tres. Venet: 1569, 4.
3/88 August: Barbosae Dictionarium lusitan: latinum Bracharae. 1611 Fol.
dest sed ed. [illegible] p. 134 Hadriani Barlandi Dialogi 42 ad profligandam e scholis barbariem utilissimi. Colon. 1530. 8. it. Paedagogii defensio adversus convitia in praeceptorum ordinem. Paris. 1596. ex biblioth. colbertina.
[illegible] de antiquitate [illegible] 1588 Gabriel. Barrii pro lingua latina libri III. it. de aeternitate urbis liber unus, it. de laudibus Italiae liber unus Romae; in aedibus populi rom: 1571. 8.
dest Biblionomia histor. Geograph. continens omnes scriptores de imperiis, rebuspubl. urbibus etc. opera Matthiae Bartels Venet: 1682. 12.
[illegible] Caspari Barthii Pornodidascalus, s. colloquium muliebre de astu nefando mulierum impudicarum Cygneae 1660. 8.
17578. 4-6 fr. Eiusd. Erotodidascalus seu Nemoralium Libri V. Hanoviae. 1625. 8.
[illegible] Eiusd. Pornoboscodidascalus, s. de lenonum, lenarum etc. dolis, Francof. 1624. 8 Accedunt eiusdem Nemoralia: Hanov. 1625.
dest

4

Thom: Bartholini Antiquitates danicae, seu de Causis contemtae a Danis, adhuc gentilibus, mortis Lib. III. Hafn: 1689 it. Viti Beringii Obsidio Hafniensis 1676. it. Caspar. Bartholini Specimen historiae anatom: Hafn: 1701. 4. — 2756. (Dsf 1658 u. 1690) 6–9 fl. / deest / deest (de libris v. unten 29702)

Idem de libris legendis Hafn: 1676. it Eiusd: Orationes varii argumenti ibid. 1668. 8. — deerunt

Idem de armillis veterum vid: Valerianus. — deest

Caspar Bartholinus, Thomae fil: de tibiis veterum et earum antiquo usu. Amstel: ap. Wetst: 1679, cum figur. aen: 12. — 29642

Thomas Bartholinus et M. Meibomius de usu flagrorum in re venerea et medica: cum Olhafii et Wormii dissertatiunc. de renum officio. Francof. 1670. 12. — 6951. 8–10 fl. (édit. hors le vente complète et la plus recherchée), mit 1 Ausgabe ... [illegible]

Lazarus Baysius vid. P. Costus.

Joann. Baazii Inventarium ecclesiae Sueogothorum, continens integram histor. ecclesiast: libris VIII. Lincopiae 1642. 4. — 21530

Henricus Bebelius de roman. magistrat. vid: Reusnerus. — deest

M. Mantuae Benavidii Polymathia h. e. disciplina multiiuga Venet: 1558. 8. — deest

Claud: Bergardi Circulus Pisanus, de veteri et peripatetica Philosophia. Patavii 1661. 4. — 3388.

Vit. Beringii Obsidio Hafniensis: vid. T. Bartholinus — Bernard: vide Brandt.

Joan. Bernartius de utilitate historiae legendae. Antwerp. ex off. plantin. 1593. 8. — deest!

Philip. Beroaldi Orationes et complures appendices versuum. Bonon: 1491. 4. — [illegible] von 1502.

Eiusdem Varia Opuscula. Basil: 1517. 4. — deest

Eiusd. Varia Opuscula Basil: 1515. 4. Accedunt Curii Lancilloti Pasii non vulgaris literaturae libri VIII. Argentor: 1511. 4. — deest

Petri Bertii Oratio, qua rationem reddit, cur relicta Leida Parisios commigrârit, habita Lutet. Antwerpiae 1628. 8. — deest, sed est eiusd. [illegible]

Sebast. Besselmeieri Obsidio Magdeburg. vid. Senarclius. — deest

Hadrianus Beverlandus de peccato originali 1679. Adiect. in nostro exemplari carmen hollandicum in laudem Beverlandi à J. V. B. — [illegible] (2186)

Accedit Eiusd. Beverlandi Lucubratio de iure stolatae virginitatis Lugduni 1680. Adhaerent Rime de' diversi autori. Sive Satyrae sotadicae diver, — 2189. 5–6 fl.

sorum Auctorum. it. Alardi Uchtmanni, id est ipsi-
us Beverlandi Vox clamantis in deserto. Medioburgi
it Pleydoy gedaen by .... in Saake van N.N.: id est
A. Beverlandi: op ende jegens N.N. Bailjau 1677. 8.
2188. 5-6 fr. Hadrianus Beverlandus de fornicatione cavenda
Admonitio: cum Joann. Brandii Detestatione nefandis-
simi sceleris onanitici. 1698. in 8.
Theod. Beza redivivus vid. C. Aurelius.
Biblia lingua dalmatica. Vitaeberg: 1584. Fol. In fron-
te adscripta sunt nomina piorum huius codicis possessorum
natione et origine Venedorum, quae varias res illustrant.
Bibliotheca Gallo Suecica. Sive Syllabus Operum se-
lectorum, quibus Gallorum Suecorumque varia stu-
dia exhibentur. Utopiae. in 4. Satyra asperrima
carnificis manu combusta.
dest Bibliotheca Rosencranziana. Hafn: 1696. Fol.
dest. Bibliotheque curieuse et instructive Tomi duo a Tre-
voux 1704. 12.
? Ivan Pablo Martyr Ryzo Vita Bironiana, sive
historia tragica de la vida del Duque de Biron:
(lingua hispan:) en Barcelona 1629. 8.
dest Jac. Blanchonus de summo bono vid. P. Costus.
dest David. Blondelli Pseudo Isidorus vid. de Clemangis
? Joann. Boccatii Compendiu rom: hist: vid: Cuspinianus
dest Alexandri. Bodii epistolae heroides et hymni, ad Re-
gem Jacobu VI. Antwerp. 1592. it. Joa. Meursii
de gloria liber. Eiusd. Auctarium philologicum.
Lugd. B. 1591. it. variae grammaticae institutiones
gallico latinae satis antiquae.
dest Joann. Henr. Boecleri Museum, vid: Lipsius.
dest Joann: Boeckelius de peste quae Hamburgum
civitatem a. 1565 gravissime afflixit Henricopoli
1577. 8.
dest Joachimi Böldike (Auctoris novae Theodiceae)
Varia scripta minora, utpote Dubia apparentia
in sacro codice obvia, cum notis ab eo adscriptis. Cus-
trini sine ann. Eiusd. Vicissitudines singulorum regno-
rum versibus german: expositae Berolin: sine a. it
Eiusd. Plan einer Methode nach dem heutigen
Geschmack der Gelehrten, ibid. it. Eiusd. Dissertat: in
qua ictus ex vi aucta celeritate et celeritatis species
etc. explicantur. Custrini sin. a. Eiusd. Encyclo-
paedia erudition: vers: german: comprehensa Berol.
Idem de reciprocorum et relativorum discrimine, Cu-
strini, cum not. mscr: Idem de regressu caussarum
in infinitum, ibid: it Observatiuncula in vers.
660 Libri VI. Aeneid. Virgilii ibid. in 4.

Adami Bohorizii Arcticae horae succisivae, sive de latino carniolana literatura. Vitaebergae 1584. 8.
Nicol. Boileaux Opera ex gallico carmine latine expressa. Paris: 1737. 8.
Matthiae Boetii Commentarius de Cataclysmo nordstrandico Libri III. Slesvici 1623. 8.
M. Gio. Boccaccio delle donne illustri, tradutto per Giuseppe Betussi: con additione dal medesimo, delle donne famose dal tempo di M. Giovanni et con la vita del Boccaccio. in Vinegia. 1558. 8.
Il Decameron di Giovanni Boccacci, editum a Leonardo Salviati. In Vinegia 1603. 4, cum figur. lign:
Joan. Jacob. Boissardus de divinatione et magicis praestigiis etc. Oppenheimi sine a. in Folio cum multis effigiebus per J. T. de Bry aeri incisis.
Eiusd. Theatrum vitae humanae cum figur: aen: nitidis Th. de Bry. 1638. in 4.
Eiusd. et Theod. de Bry Bibliotheca chalcographica novem partes. Heidelbergae 1669. 4.
Hieron. Herm: Bolsec Wahrhaffte historie vom leben, Thaten, Sitten und Lehre Joh. Calvini. Cöln 1581. 8.
Bonaventurae Historia della città di Parma. in Parma. 1591. 4.
Jacobi Boschii, Soc. Jesu Symbolographia, seu de arte symbolica sermones septem (carmine hexametro) cum Sylloge celebriorum Symbolorum, in quatuor classes divisa, bis mille iconismis expressa, praeter alia totidem ferme symbola ordine suo fusius descripta, cum suis rerum, figurarum et lemmatum indicibus. August. Vindel: et Dilingae. 1702. Folio.
Francisci Bosqueti Historiarum ecclesiae gallicanae Partes binae Paris: ap. J. Camusat 1636. 4.
Eiusdem Ecclesiae gallicanae Historiarum liber primus. Paris: 1633. 8.
Matthaei Bossi Libri III, de veris et salutaribus animi gaudiis. Eiusd. de instituendo sapientia animo et alia. Argentorati 1508. 4.
Hieroni: Bossii, Veronensis, epistolae, Mediolani 1623. 8.
Caroli Bovilli Opera mathematico-philos. vid: S. Dionysii Opera.
Eiusdem Proverbiorum vulgarium Libri III, 1531, 8
Franc. Dav. Bonbrae Ars belli et pacis, Strau-

bingae 1643 in fol: e bibliotheca Strykiana, post Löscheriana.

deest Petr. Bongus de mystica quaternarii numeri significatione Venet. 1585. 8.

deest Thomae Bonii de poetica facultate libri duo. Venet. 1608. 8.

deest Francisc. Bonnaeus de ratione discendi, studio et opera Petri Paschalis Argentinae 1619, 8.

12 66. 5-6 fr. Marci Zuerii Boxhornii Poetae Satyrici minores de corrupto republ. statu Lugd. B. 1633. 8.

[illegible] 8-10 fr. Jacob. Bornitius de rerum sufficientia in republ. et civitate procuranda. Primo cultura agrorum et metallorum, secundo de opificiis omnis generis, tertio mercatura. quarto ministeriis variis. Francof: 1625. in 4.

deest Idem de instrumentis literariis. vid. Vossius.

deest. Camilli Borelli Discorso sopra un giuditio, fatto intorno a quella sentenza di Pilato, che gli anni passati fù truovata nell' Aquila, città d'Abruzzo in Napoli. 1588. 4.

deest. Christoph. Borri Relatio de Cocincina, in Japonia. Viennae. 1633. 8.

[illegible] Federici Borromaei Libri V. de sacris nostrorum temporum Oratoribus. Mediolani 1632. 4.

[illegible] Tychon. Brahei aliorumque orationes hafnienses a Conr: Aslaco editae. Hafn: 1610. 8.

deest. Lippus Brandolinus de humanae vitae conditione et toleranda corporis aegritudine. Paris: apud Morellum 1562, 12. Claud. Salmasius nomen suum in fronte adscripsit, olim huius exemplar. possessor

[illegible] /7. Sebast. Brandt Stultifera navis, cum fig. lign. Argentinae 1495. Adhaerent Bernardi Brunsvicensis bini tituli iuris, de rerum verborumque significatione sine a[nno] impr. 4.

Erfordiae 1499

[illegible] Eiusd. Sebast. Brandt navis, in linguam Saxoniae inferioris rhytmice translata cum fig. ligneis Rostochii 1519. Adhaeret D. Murner narrenbeschwehrung cum multis fig. lign. Strasburg. 1512. 4.

deest Bernhardi von Breitenbachs Reisebeschreibung nach Jerusalem etc. mit vielen bunt illuminirten Holzschnitten von ausnehmender Grösse und Sauberkeit. Mayntz 1486. fol. fuit exemplar Joach. Morsii.

8 /8 [illegible] B 44[2] deest Sophia Elisabeth Brennerinn Gedichte in

Schwedischer und verschiedenen andern Sprachen
mit saubern Kupferstichen. Stockholm 1713. 4.
Jacobi Mosanti Briosii Epistolae. Cadomi 1670. 8. dest
C. E. Brochmandi Vita C. Bartholini, vid. Lipsius. dest
Jordani Bruni Spaccio della bestia triomphan-
te: vid. Manuscripta in fine Catalogi
Eiusd. Jord. Bruni Nolani, de triplici minimo 3567. 8-14.
et mensura etc. Libri V. Francof. ap. Wechel:
1591. Adhaeret Joa. Austriaci lib. de memoria ar- dest
tificiosa
Eiusd. de imaginum, signorum et idearum compo- 3571. 8-17.
sitione. Francof. 1591. ap. eund. Wechel: 8.
Joa. M. Bruti Epistolae vid. Drusius.
Gabriel. Bucellini Nucleus historiae universal. Ul-
mae 1652. Adhaerent Martial. Epigrammata e-
dition: farnab. Amstel. 1655. in 12.
Historia vera de vita et obitu Martini Buceri
et Pauli Fagii, itemque Catharinae Vermiliae
Coniugis Petri Martyris in Anglia. Argentor. 1562.
Adhaeret Libellus supplex quondam Christi mini-
strorum de synodo congreganda propter controversias
gravis: Ursellis 1561. 8.
Guilielm. Budaeus de Transitu Hellenismi ad
Christianismum. Paris. 1556. Fuit Henr. Vagetii,
exemplar. 4.
Eiusdem Epistolae, Basil. 1521. 4. 18739.
Idem de studio literarum recte instituendo et de
philologia Libri II. Basil: 1533. 8.
Idem de contemtu rerum fortuitarum Lugd. B. dest.
1624. Sedecimo. Fuit J. A. Fabricii.
Caesar. Egassi Bulaei Speculum eloquentiae, no- dest.
va et facili fabularum methodo. Paris. 1658. 8.
Bulla Julii III. Pont. ad Concilium tridentinum:
vid. Senarcleus.
Petri Bunelli epistolae cum notis Francisci dest
Graverol, qui et edidit. Tolosae 1687. 12.
Rudolph. Busennaei, Dani, Epigrammata lepi- dest
dissima vid. Liberius.
Petr. Bapt. Burgus de bello suecico Commenta- dest
rii, cum figuris aen: nitidissimis Leodii. 1643. 12.

C

Leandro Dorea Carceres e Feria Catastrophe
de Portugal na deposic. ano del Rei Alfonso VI.
(lingua lusitanica) em Lisboa. 1669. 4.

dest Constantini Caietani Vita Isidori Hispalensis, Ildefonsi Toletani, et Gregorii, Cardinal. Ostiensis, cum scriptis Isidori ineditis. Romae 1606. Adhaeret Eiusd. Caietani Vita Beati Amalarii, Fortunati. ibid. 1612. 4.

18985 Coelii Calcagnini Commentatio de Imitatione oratoria: it. Eiusdem Epistolarum criticarum Libri XVI. Ambergae 1610. Adhaeret: Erasmi Roterod. Dialogus, cui tit. Ciceronianus, sive de optimo dicendi genere, cum Camerarii et aliorum de imitatione scriptis. Edente Meliore Adamo Silesio. Neapoli Nemetum 1617. 8.

[illegible] Joann: Caldenini Concordantia, s. Ambidextrium. Sine an. et loc. Edita autem, ut non sine ratione conjicitur circa ann. 1470. Fol.

dest Aegidii Camarti Elias Thesbites, sive de rebus Eliae Prophetae Commentarius. Paris: ap. S. Cramoisy. 1631. 4.

[illegible] III, 120–193 Joach. Camerarii Historia synodi Nicenae Lips. 1552, 8.

Eiusdem varia alia scripta vid: Erasmus, it. Jaquerius, et M. Junius.

dest Joann: Camillus de ordine in scientia: vid. P. Costus.

[illegible] III, 151–[illegible] Thom: Campanellae Atheismus triumphatus, it: Eiusd. de gentilismo non retinendo deque praedestinatione et auxiliis divinae gratiae Paris: 1636. Adhaerent Eiusd. Libri IV. de sensu rerum. ibid: 4.

21 f. ([illegible]) Eiusd. Prodromus Philosophiae instaurandae, i.e. Dissertationes de natura rerum Compendium, secundum principia Thom: Campanellae Francof. 1617. Adhaerent Eiusdem Realis philosophiae epilogisticae Partes IV, h.e. de rerum natura, politica et oeconomica. Francof. 1623. it. Eiusd. Astrologicorum Libri VII, ibid. 1630. 4.

fehlt

9007 Eiusdem Realis Philosophiae Partes IV, cum civitate solis, seu idea reipubl: philosophicae et oeconomica in aphorismos digesta Francof: 1623. 4.

fehlt

30 ff. Petr. Maria Caneparius de atramentis varii generis Londini 1660. 4.

22 304. 5–6 f. Pauli Bombini Descriptio martyrii Edmundi Campiani, Antwerp: 1618. 12. ex bibl: Colbertina.

Petr. Andreas Canonhieri delle cause dell' infelicità degli huomini letterati e guerrieri. Libri

VIII. in Anversa 1612. 8.

Eiusd: Libri V. de curiosa doctrina. Florentiae 1607. 8.

Eiusdem de admirandis vini virtutibus Libri III. Antwerp. 1627. 8.

Principis Demetrii Cantemirii Kniga Systima di Sotorenje muchammedanskia Religii, sive Liber systematicus, vel Systema muhammedanae religionis: lingua russica. Petropoli 1722. Fol.

Joa: Petri Caraphae, postea Pontificis Consilium de emendanda ecclesia 1555 it. Ulrichi Hugualdi epistola ad omnes qui Christum et regnum Dei ex animo quaerunt. 1522: it. Colloquia obscuroru Theologorum ac Concionatorum grassantium per Brabantiam ex quibus Lector praeter atticum leporem, illorum mores et studia cognoscet. Romae 1560. it. Artis Formistis, Ingolstadii formatis, tot dicimus salutes, quot pilos habent asinorum cutes .... datum e schola Baccalaureorum: seu Disputatio dreier ingolstädtischen Füchsen zu Wittenberg, item Hans Sachs Gespräch von den Scheinwerken der Geistlichen. 1524. Desgleichen Gespräch zwischen einem geistlichen Mönch und Hans Stösser. it: ein Gespräch, dass es besser sey ehelig zu werden .... it. Nicol. Orem Predigt, so er vor 200 Jahren vor dem Pabst gehalten, nebst einem Sendbrief des Doctors an den Pabst zu Rom: it. Urbani Rhegii, dass Fladen, Kütten, Kappen, Scheren, Schmieren, Salz, Schmaltz und alles dergleichen Gott abscheulich sey. it Dav. Meieri indicina synoptica de caussis belli in Germania. Francofurti 1633. 4.

Ludovici Carbonis a Costaciaro, Academici Parthenii Tractatus de omnium rerum restitutione: in quo de bonis animi, corporis et fortunae restituendis, deque humanis Contractibus ..... duabus et nonaginta quaestionibus late disputatur. Venet: 1592. 8.

Hieron: Cardani Libri III. de Consolatione, Venetiis, 1542. Adhaeret Joann: Leslaei, Scoti, Episcopi Rossensis libri duo, quorum uno piae animi afflicti consolationes divinaque remedia, altero animi tranquilli munimentum et confortatio continetur; Ad Mariam Scotorum Reginam cui et epistola ad supra dictum Leslaeum et varia carmina gallica, ut et fidei professio latine ab eo reddita comparet. Libellus eo rarior et curiosior,

quod sine ullo librorum adiumento in carcere con-
scriptus est.
Bartholomaei Carranca de Miranda, Arçobispo de Toledo etc. Commentarios sobre el Catechismo christiano, devididos en quatro partes. En Anvers, en Casa de Martio Nucio. 1558. 4.
Joa. Carnarius de podagra: vid. Baro in Polheim
Hannibal Caro, vid: Benedictus Varchi.
Joann: Casae Latina Monimenta. Florentiae in officina Juntarum. 1567. 4.
Friderici Cassandri Natura loquax, qua miracula totius universi .... iucundissimis dialogis proponuntur. Francof: 1630. 8.
Merici Casauboni de quatuor linguis, inprimis hebraica et saxonica Londini 1650. 12.
Isaaci Casauboni Libri duo de Satyrica Graecorum et Romanorum poësi. Parisi: 1605. 8.
Don Guillen Barbon y Castanneda Provechosos Adbitrios al Consumo del Vellon, Conservacion de Plata, Pablacion de España, y relacion de avisos importantes a las cosas, que en ella necessitan di remedio. En Madrid: 1628. 4.
D. Tomas de Castro y Aquila Antidoto y remedio de daños publicos: Conservaçion y Restauraçion de Monarchias. En Antequera 1649. 4
Steph. Roderici Castrensis Lusitani, Castigationes exegeticae quibus variorum dogmatum ventos elucidatur. Florentiae 1640 fol:
Jacob Cats Sinreiche Werke und Gedichte von Licent. Feind und andern aus dem Holländischen in teutsche verse und prosam übersetzt VII Teile in vier Bänden, mit vielen Kupfern. Hamburg bei Thom. Wierings Erben. 1711. 8.
Didaci de Cea Thesaurus terrae sanctae. Romae typis S. Congregation: de propaganda fide. 1639. 4.
Mino Celsi de haereticis capitali supplicio non afficiendis, sine loco. 1584. fuit Martini Fogelii. Hamburg.
Conradi Celtis, primi inter Germanos

imperatoriis manibus poetae laureati. Quatu-
or Libri Amorum. Viennae absoluta omnia et
Norbergae anno 1502 impressa. Adhaeret Eius-
dem Proseuticum ad div. Fridericum III, pro lau-
rea apollinari: impr. 1487. sine loco. 4.
Joann. Ludovici de la Cerda, de excellentia coe-
lestium Spirituum, imprimis de Angeli Custo-
dis ministerio Liber. Parisi ap. Cremoysy,
1631. 8.
Ceremoniale Brandenburgicum Tremoniae 1699. 8.
Symphoriani Champerii, Lugdunensis, de qua-
druplici vita, Theologia Asclepii, et alia Opu-
scula Lugduni 1507. ex Bibl. J. L. de Ludewig 4.
Laurae Ceretae, feminae clariss: Epistolae, a J. P.
Tomasino e msct. prolatae. Patavii 1640. 8.
Les neuf matinés du Seigneur de Cholieres. a Pa-
ris 1585. 8.
Edoard. Baro Herbert de Cherbury de religione gen-
tilium Amstel. typ. Blaeviorum. 1663. 4.
Joa. Cinelli Biblioteca volante iterum edita et sup-
pleta ab Andr. Sancassani Venet. 1735. duo prio-
res Tomi 4.
Herm: Cingalli Scriptura S. trinitatis revelatrix.
Goudae 1678. 12.
Nicol. de Clemangis omnia Opera Lugduni
1613. Adhaeret David. Blondelli Pseudo-Isidorus.
Genevae. 1628. 4.
Claudii Clementis Museum, sive Bibliothecae
extructio, cura, usus. Lugd. 1635. 4.
Nicol. Clenardi Epistolarum libri duo Hano-
viae 1606. Adhaeret Quintiliani Declama-
tiones XIX ex Bibl. P. Pithoei 1617. ap. Stoer. 8.
Theodor: Clutius Van de Byen hare wonderlicke
Oorsprong, Natuur w. s. f. t Amsterd. 1608. 8.
Merlini Cocaji Poetae Mantuani Macaroni-
corum Opus Venet. 1573. 12. cum fig. lign:
Gilberti Cognati, Nozereni Opera, Basil:
1562. Fol.
Collectio admodum rara opusculorum variorum
poeticorum. Scil: 1 Scena energiaca personis suis
instructa. Stralss: 1631. 2. Sebast. Artomedis, fran-
ci, poemata Lips. 1590. Eiusd. Epigrammata. 3.
Nicod. Frischlini stipendium tubingense Princip:

würtenb: itemque Gymnasia monast: cum eorum abbatib. descripta. Tub. 1569. 4. G. C. Maicleri e, pulum secundum stipendii ducalis würtenb: descripti Tub. 1603. 5. Eiusd. Frischlini Carmen de astro, nomico Astrologio argentoratensi. Argentor. 1574. 6. Eiusd. Phasma romano-catholic. S. Ecclesia ro, mano babylonica antiqui draconis sponsa, eruta ex omnibus ..... in defensionem etiam Lutheri, Melanchth et aliorum contra calumnias Jac. Rabi. Jenae 1608. 7. Henr. Husani imaginum mosaicarum Libri II. it. Elegiarum Libri Rostoch. 1577 (inter caetera, adest carmen de exilio suo, ad Selneccerum)

Alia eiusmodi poetica Collectio adhuc praestan, tior. 1 Valent. Acidalii Epigramm: Helmst. 1587. Eiusd. Rosae. Gryphisw. 1588. 2 Joa. Laurenbergii Otium soranum: Epigramm: Hafn. 1640. 3. Mi, chaël. Fendii Epigramm: s. Collegium Lavin, ganum. Laving: 4. G. Maioris Epigrammat. Cen, turia Vratislav. 5. Tho. Mori Epigramm: Bas. 1518 6 Frid. Zamell Epigrammat. libri V. Elbing. 1634. Eiusd. Phylyra secundum recepta s. Phallosthe, nes exarmatus 1633. (carmen bellicum) Eiusd. le, ctus genialis Tho. Hesii etc. Elbing. 1636. it. E, pulum rurale Euthalii s: in quo convivium eru, ditum describitur. 7. Adria. Scholastici Carmina saturnalitia Antw. 1566. 8. Carmina Acontii et Matth. Illyrici in nuptias Sabini, cum nonnul, lis Sabini carmin: 9. Laur. Ludovici Anagram, mata, 1599. 10. Lusus anagrammat: ex nominib, legatorum ad pacem Westphal. Monasteri. 11. Jo ann. Narssii Anastasii Dordraci poemata septem, trional: 1624. 12. Joa Stigelii prognosticon an, ni 1537. ex Ecclipsi solis. Vitaeb. 1536. 13. Joan: Corberi Sportula poetica. Norib. 1621. 14. Mat, thaei Bergii Defensio memorabilis urbis Lunebur, gae. ann. 1371. vers. expos. Vitaeb. 1564. 15. Joa. G. Hochstateri Laurea poet: Norib. 1600. Eiusd. A, nagrammata. 16. Frid. Videbrand in artem poet. Horatii Jenae. 1563. 17. Heob. Hessus de victo, ria wittenberg. ad Philipp. Hessor. Princ. 1534. Eiusd. Bucolica, et eleg. de calumnia: 18. J. G. Sty, zeli Nihil, omnia, aliquid, multa, parum. Nordlin, gae 1652, 19. Tob. Trachelii Elegiae. Helmst:

14

1593. 20. Epistola Terentiana ad D. Ioa. Stur„
mium de Antipappis suis. 1580. 21. Testamen„
tum vbiquitatis brenz andreanae distingae 1585.
22. Spongia Stibii adv. Luc. Stenglini aspergines
auct. Mich. Toxite Argent. 1567. 23. Nohae
Buchholzeri Elogium Matthiae Flacii, cum
vita eiusd. 1558. 4.

An exact Collection of the english Writers
on the old and new Testam: Lond: 1663. 8.

Gasp. Colinii Castellonii, magni Franciae Ami„
ralii, Vita. 1575. 8.

Francisc. Collius Collegii Ambrosiani Doctor, de
Sanguine Christi. Mediolani 1617. 4.

Eiusd. Libri V de animabus Paganorum Editio ve„
rata Mediolani 1738. Adhaeret Raphael. Fa„
bretti, Gaspar. f. ad Iacob. Gronovium Apologema, in
eiusque Titiliuitia s: Somnia de Tito Livio animad„
version: antea editae sub nom: Iasithei Neapoli 1686. 4.

Colomesii Bibliotheque choisie. a la Rochelle 1682. 8.

Joann. Commirii e Soc. J. Carmina. Paris: 1693. 8.

La Confession de foy de Cyrille Patriarche de Constan„
tinople 1629. it. Lettres a un Ami touchant cette
nouvelle Confession: eod. a. Sequuntur varia exem„
pla eorum, qui a pontific. ad reformat. ecclesiam
transierunt cum eorum motivis et fidei professionibus.
Scil. Renati Maumousseau, Michael. le Camus, cuius
Scriptum, Declaration etc. a Charanton 1640 prodiit.
Francisc. Cupisey cuius declaratio ibid. 1637 prodiit. Ni„
col. Gaultier, cuius professio publicata 1607. Francisc:
Monginat Medici regii, cuius Resolution des doutes
a la Rochelle 1617 edita. Franc: Clouet olim dicti
Pater Basilius de Rotomago, cuius declaratio Genevae
1640 exiit. Nicol. Vignier, qui 1618. a Charenton scri„
ptum de vera ecclesia publicavit: In fine legitur epi„
stola Car. l'Empereur super duobus sermonibus Henr.
Geoffroy 1619. 8.

Il Consolato del mare, italice et hollandice tot
Leyden 1704. 4.

Nicol. Contareni Ioa. Gab. F. Patritii Veneti,
de perfectione rerum Libri VI. Venet. 1576. Adhaeret
Meletii Philosophi de natura structuraque homi„
nis opus. Polemonis Atheniensis naturae

signorum Interpretatio. Hippocrates de homin: stru,,
ctura. Dioclis de tuenda valetudine epistola. Me,,
lampus de naevis corporis hum: Omnia prius non
edita, interprete Nicol. Petrejo Corcyraeo Venet.
1552 ex officin: Gryphii. it. Petri Haedi Portuna,,
ensis de miseria humana libri V. in Academia
veneta. 1558. it. Joa. Francisc. Pici Miran,,
dulae Digressio de animae Immortalitate Bo,,
noniae. 1523. 4.
Quae contra translationem Script. S. aliorum,,
que librorum sacrorum in linguas vulgares in lu,,
cem publicam ierunt, Scriptorum Collectio,
iussu cleri gallicani Paris. 1661.
Joa. Corasii epistolicae quaestiones. vid A. Politiani
Q. Marii Corradi Uritani, de lingua lati,,
na ad Marcellum fratrem. Bonon: apud Socie,,
tatem typograph. bononiens. 1575. 4.
Eiusdem Epistolarum Libri VIII. Venet: 1565.
Sebastiani Corradi Commentarius praestantiss: in
librum I. Aeneid. Virgil. Florent. 1555. 8.
Gregorii Cortesii Epistolae. cum tractatu adversus
negantes Petrum Ap. Romae fuisse. Venet: 1573. 4
Cosmopolitae s. Euseb. Philadelphi: Dialogi in gra
tiam Gallorum etc. Edimburgi. 1574. 8.
Petri Costi typus Messiae, cum chaldaica par
phrasi Ecclesiastis latine versa Lugduni 1554. Adhae
ret Petr. Costi epistola prolixa ad Ioann. Costum,
fratrem. It Jacobi Blanchoni Vcessiensis libri II
de summo bono. Lugd. ap. Tornaes. 1550. it. Joa. Co
melli liber de ordine ac methodo in scientia servan,,
dis. Venet. 1561. ap. Paul. Manutium Aldi F. it
Joachim. Perionius de Romanor. et Graecoru
Magistratibus Libri III. Paris. 1560. it. Francis
Balduini Lib. II. de institut. histor. univers. Paris.
ap. Andr. Wechel. it. Jacob. Peletarius Ceno,,
manus, de conciliatione locor. Galeni, ibid. it.
Lazari Bayfii Annotationes in L. Vestis ff. de
auro et argento. S. de re vestiaria. Bas. 1526 4
Joan. Cotovici Itinerarium hierosolymitanum
et Syriacum, in quo variarum gentium mores
et instituta, insular: region: situs, ex. prisci, re,,

centiorisque saeculi usu, una cum eventis quae auctori terra marique evenerunt, recensentur Ant„ werpiae, cum pulchris fig. aen: Antwerp. 1619. 4.
Caesar Cremoninus in Schola patavina Philoso= phus primae sedis, de formis quatuor corporum simplicium Venet. 1605. Adhaeret Eiusd. Apolo„ gia dictorum Aristotelis de via lactea et de ~~facie lactea~~ in orbe lunae. ibid. 1613. Eiusd. Apo„ logia dictorum Aristotel: de quinta coeli substan„ tia contra Xenarcum, Ioann. Grammat: et alios. Venet. 1616. 4.
Thomae Crenii Analecta philologico-critica et historica, cum praefat. de lingua angelorum. Amstelod. 1699. 8.
Ludovici Cresollii, Armorici, e Soc. J. Mysta„ gogus, de Sacrorum hominum disciplina Lutet. Paris. ap. S. Cremoisy. 1629. fol:
Eiusd: Theatrum veterum Rhetorum, Orato- rum, declamatorum, quos Sophistas nomina„ bant .. Paris. ap. eundem. 1620. 8.
Martin. Cromeri Monachus, sive Colloquiorum de religione Libri IV. binis distincti dialogis, Coloniae ap. Cholinum. 1568. 8.
Martini Crusii Turco-Graeciae Libri VIII, qui„ bus Graecorum status sub imperio turcico, in Po„ litia et ecclesia, Oeconomia et scholis, iam inde ab amissa Constantinopoli ad haec usque tempo„ ra describuntur. Basileae 1587. Fol.
Georgii Crusii Descriptio Bredenbergae, quae est arx in Holsatia, condita primum a H. Ranzovio deinde ab eius filio Henrico novis aedificiis in„ staurata cum praefat. Ioach. Camerarii. Argento„ rati per B. Iobinum. 1573. 8.
Ab. Ioa. Cuffleri Specimen artis ratiocinandi naturalis et artificialis duae partes. Hamb: ap. H. Kunrath. 1684. 8.
Petri Cunaei Sententia defensa, a Cypriano Re„ gneri J. U. D. mutuum esse alienationem, adver„ sus Sphalmasium quendam, Dom: de S. Lupo Lugd„ duni B. 1611. Adhaeret Ioa. Iac. Wissenbachii Emblemata Triboniani: s. leges Pandectarum et codicis, a Triboniano interpolatae Franeke„ rae. 1642. it. Gabr. Ackeleye XXV Exercitati„ ones in lib. C. Cornel: Taciti de moribus v. Germ: Sorae. 1646. it. Hermanni Doverini Politische

Geheimnisse, (worin Fürsten u. Herren bei ihrer Regiments führung allerhand nützliche Consilia an die Hand gegeben werden :/ nebst dem politischen Hanengeschrey von Veränderung u. Untergang der Regimenter. Strasb. 4.

Coel. Secund. Curio pro vera Christi eccles: vid. Longolius

Coelii Aug. Curionis Histor. Saracen: vid. Cuspinianus

Joann. Cuspinianus de Turcorum origine, religione ac immanissima in Christianos tyrannide, deque viis quibus Christiani Principes Turcos facile profligare possent. Antwerp. 1541. it. Joan. Boccatii Compend: rom. histor. Tremoniae 1549. it. Coelii Aug. Curionis Saracenicae Historiae lib. III. cum Wolfg. Drechsleri Chronico rerum Saracenicarum ad a. 1567. aucto Francof. 1568. it. Tilemanni Bredenbachii Historia belli livonici, quod Magnus Moscovitarum Dux contra Livones gessit, cum brevi enarratione victoriae Lituanorum contra Moschovitas Lovanii 1564. it. Jacob. Marchantius de reb. memorabil. Flandriae, et Principes Flandr. carmine descripti Antwerp. ap. Plant. 1567. 8.

Cornelii Curtii Erotopaegnion ad Christo. Eysrum: it. Eiusd: Epistolae familiares, sine loco et a. Adhaerent Jo. Bapt. Lauri Epistolarum Centuriae II. Colon: 1624. 8.

Eiusd. Virorum illustrium, ex ordine Eremitarum s. Augustini Elogia, cum singulorum nitidissime sculptis in aere imaginibus. Antwerp. 1636.

Sebast. Curtii Radices ling. Sanctae hebraeae, biblicis sententiis, adagiis, particulis historiarum... compendio expressae. Geismariae 1649. Adhaeret Zachariae Rosenbachii Moses omniscius, s. Omniscientia mosaica: Section: VI. exhibens supra 7000 voc. sess. voces. Francof. 1633. 4.

Henr. Cuyckii Speculum Concubinariorum Sacerdotum, Monachorum ac Clericorum: Coloniae 1599. Eiusd. paraeneticae epistolae 1 de tonsura clericali 2 de moderatione cleri, testamentariis tabulis ecclesiasticorum et anno gratiae abolendo 3. Contra Concubinariorum Pastorum tolerantiam: cum quaest. exeget. de eadem materia. Colon. 1602. 8

D.

Calebi Dalechampii, Sedan: Exercitationes II, 1 de usu legitimo exoticorum Scriptorum in Theologia 2. de artis poeticae praestantia. Londini 1624. 4.

Lamberti Danaei vetustissimarum primi mundi antiquitatum Libri IV. 1596. 8.

Eiusd. Dialogi de veneficis, vid Jaquerius.

Carlo Dati Vite de' Pittori antichi in Firenze 1667. Adhaerent: Le Finezze de' pennelli italiani ammirate e studiate da Girupeno, sotto la scorta e disciplina del genio di Raffaello d'Urbino .... Opera di Luigi Scaramuccia, Perugino Pittore. in Pavia. 1674. 4.

Augustini Dathi, Senensis, oratoris clariss: Orationum prima pars, cum annotamentis marginalibus lima castigatiori excusa, in qua sequentes libri continentur..... Impressum Parisiis, ad verum archetypon anno salut. 1513. it. Eiusd. Orationum secunda pars, cum opusculis eius, quae quibusvis rhetorices amatoribus facilem praebent ad eloquentiam accessum Parisiis: omnia caractere cesareo excusa sunt in officina Guilielm: le Rouge. 1514. 4.

Claudii Dausquii Sancti Pauli Apostoli Sanctitudo in utero, extra, in solo, in coelo Libri III. Paris: ex typograph. Aegid. Blaisot. 1627. 8.

Angeli Decembrii, Mediolanensis Oratoris Politiae literariae Libri VII. multiiuga eruditione refertissimi. August. Vindelic. 1540. Fol.

Decisiones Anonymi J. C. super iniusta incarceratione Principis Portugalliae et traditione in manus Hispanorum, qui eum Mediolanum perduxerunt, ubi in carcere mortuus a. 1649. impressus liber 1646. fol. fuit Dit. v. Stade.

S. Dionysii Areopagitae et divi Ignatii XI epistolae. Cum praefat. Ambros. Camaldulensis. in alma Parrhisiorum schola 1498. Adhaeret Caroli Bovilli Samarobrini Opera varia, np. Liber de intellectu, de sensu, de nihilo, de arte Oppositorum, de generatione, sapiente, duodecim numeris, cum epistolis compluribus et mathematico opere quadripartito ... Editum est universum volumen Ambianis in edibus, rever. Patris Francisc. de Hallewin, eiusd. loci Pon-

tific: Et emissum ex officina Henr. Stephani, impensis eiusdem, et Ioann. Parvi, in chalcotypa arte sociorum. a. 1510. Fol.
Ditmari Chronici Libri IIX edidit I. I. Maderus Helmstadii 1667. 4.
Stephani Doleti, Galli Aurelii, (ob religionem lutheranam Paris: combusti) Fata Francisci Vallesii, Gallorum Regis, ubi rem omnem a Gallis gestam nosces ab anno Christi MDXIII, usque ad annum ineuntem 1539 Lugduni a. 1539 Liber a Doleto ipso impressus. Adhaesent Iulii Caes: Scaligeri Heroes Lugd: ap. S. Gryphium. 1539. item Stephani Doleti liber unus de officio Legati, quem Ambassiatorem vocant, et item alter de immunitate legatorum itemque alius de Legationibus Ioann: Langiachi, episcopi Lemovicensis Lugd: ap. eundem Doletum. 1541. it.
Eiusd. Doleti L'avant naissance de Claude Dolet, i: eius filii primogeniti: fils de Estienne Dolet, premierement composée en Latin par le pere, et maintenant par un sien amy traduite en langue françoise. A Lyon chez Etienne Dolet. 1539. it:
Ioann. Ursini Prosopopeia animalium aliquot, in qua multa de eorum viribus, natura, proprietatibus ... cum scholiis Iacobi Olivarii, Avenionensis D. Med. Viennae. 1541. it. Barthol. Frexii Suriani binae Oration: altera pro pace, per Paul. III. P. Christianis reddita; altera pro humanarum artium studiis, Senis habita. Lugd. ap. Gryph. 1539. 4.
Eiusdem Steph. Doleti Dialogus de imitatione Ciceronis, adversus Desiderium Erasmum Rot. pro Christophoro Longolio Lugd. ap. Seb: Gryphium 1535. 4.
Eiusd. Orationes duae in Tholosam: it. Eiusd. Epistolarum Libri II. it. Carminum libri II, et ad eundem Epistolarum Amicorum Liber sine loc. et a. 8.
Idem in Terentium. vid. Maioragius
La Libraria del Doni, Fiorentino, divisa in tre trattati. in Vinegia appresso Gabr. Giolito de' Ferrari. 1557. 8.
Herm: Doverinus. vid. Cunaeus.
Ioa. Drusii Observationum Libri XII. Antw. 1584. Adhaesent
Ioa. Mich. Bruti Selectarum Epistolarum

Libri V. cum tractatu eiusd. de historiae laudibus sive de certa via et ratione Scriptores rerum legendi. Cracoviae 1583. 8.
Jean Dubourdieu Dissertation sur le Martyre de la legion Thebeene. à Amsterd. 1705. 12.
Justi Judoci Deculeonis Cortracens: Orationes, epistolae et carmina Antwerp. 1613. Adhaeret Francisc. Sacchini e Soc. J. Libellus de ratione libros cum fructu legendi, deque vitanda moribus noxia lectione Wirceburgi 1614. it. Nicol. Vernulaei Prof. eloqu. Lovaniens. Certamen oratorium inter septem milites diversarum nationum de militari gloria. Colon: 1623. it. Georg: Rittershusii 18 Cunr. F. Dissertat. de osculo. Francof. ad V. 1621.
John Durie. /: i. e. Joann. Duraei :/ The reformed School and the reformed Librarie-Keeper, whereunto is added an Idea of Mathematiks, it. Description of one of the chiefest libraries wich is in Germanie /: id est. guelferbytanae :/ London. 12.
Jani Matth. Durastante Problemata. vid. L. Pomponatius.

E

Henrici Eckstormii Chronicon walckenridense Helmstadii. 1617. 4.
Edda Islandorum a. MCCXV. Islandice conscripta per Snorronem Sturlae, nunc Islandice, danice et lat. edita per P. I. Resenium Hafni: 1665. Wolupsa, Ethica Odini, aliaque huc pertinentia, itidem hic reperiuntur 4.
Jo. Baptist. Egnatii Exempla illustrium Virorum venetae civitatis aliarumque gentium. Venet: 1554. 4.
Francisci Enzinas, aliàs Francisci Dryandri, /: ob huius libri compositionem et simul religion: lutheran: diu captivitate gravi detenti :/ Novum Testamentum hispanice translatum: sub tit: El nuevo Testamento de nuestro Redemptor y Salvador Jesu Christo, traduzido de Griego en lengua castellana. en Anveres 1543. 8.
Eiusd. Descriptio captivitatis suae, ob hoc ipsum novum Testament. vid: in Mscts.
Epiphanii Episcopi Constant: Cypri, Physiologus gr. et lat. cum sermone eius in die palmarum. Opera D. Consali Ponce de Leon Hispalens:

qui interpretatus est. Antwerp. ap. Plantin: 1588
